



DIDIVS IVLIANVS Mediolanensis cui Pater Petronius Didius Seuerus, mater Clara Aemilia fuit: literis institutus maxie legibus & magice opã dedit. Questor, ædilis, prætor, præfectusq; Germanicæ legionis XXII Primigenie. Catos debellauit. Inde Dalmatiã rexit & Bithyniã: post Pertinacis mortẽ Tribunorum exhortatiõẽ & senatusconsulto Impator & P. P. est appellatus: ob parsimoniã populi minime gratus, cuius odio & defectione Seueri eò puenit ut impium abrogaret, & à milite gregario in palatio occisus est. Corpus uxori & filie ad sepulchrũ est redditũ, & in Saluij Iuliani proauũ monumento est reconditum, anno ætatis LVI. M. iij imperij mense vij.

Vxor Mallia Scantilla & filia Didia Clara Auguste sunt dictæ.

Eodem tempore Pescennius niger in Illyrico & Clodius Albinus in Gallia impatores ab exercitu dicti, qui cum Emiliano cæsi, liberi & uxor Pescennij necati: patrimonium publicatum, tota q; familia extincta per Seuerum.